Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Super Vicesimoprimo et Vicesimosecunde articulis Examinatus testis Respondit eosdem fore veros quia in eis articulata put articulant verificata esse stat
Super Vicesimotertio et Vicesimo quarto articulis Examinatus testis Respondit eosdem veros esse audivit
Et fuit testis Iuramento prout est moris
Eadem die honesta mulier Agneta Magdalena uxor Udalrici Rasoris de Tulna Patauiensis diocesis etatis sue Trigintaduorum annorum vel circa Citata iurata ac medio eius iuramento primo per eam diligenter ad memoriam reducto ac de pena perjurii et testis falsidici clare ut asserit deposuit ut sequitur
Super Primo et aliis singulis articulis usque ad decimumoctauum inclusive Examinata testis Respondit et credit articulos veros quia bona opera et fama publica eorum articulata verificant
Super Decimonono articulo incipiens Item quod post mortem suam clarum et Examinata testis respondit articulum verum quia ad se causam sentire dicit quia ipsi testi per longum tempus pedes ex apertione stupuerunt et stillarunt ipsa testis fimum et miracula pii Leopoldi audiens ad duos pedes cereos devouit quos dum personaliter ad sepulchrum seu Tumbam eiusdem presentasset postea infra medium annum in duos magnos ac magnos multo habitos omnino sanata exstat accidens ipsa firmiter se ex intercessione et meritis pii Leopoldi in pedibus suis liberata fore
Super omnibus aliis articulis Examinata testis Respondit eos veros esse audivit
Et fuit testis Iuramento prout est moris
Eadem die discretus vir Simon aurifaber de Pesling Lauicus Patauiensis diocesis etatis Septuagintaunius annorum Citatus iuratus ac medio eius iuramento primo ad primum ad memoriam diligenter reducto ac de pena perjurii et testis falsidici clare ut asserit deposuit ut sequitur
Super Primo et aliis articulis usque ad octauum inclusive Examinatus testis Respondit articulos fore veros quia ita audiuit et de articulatis sit publica fama
Super Nono et decimo articulis Examinatus testis dicit se ignorare
Super Undecimo articulo incipiens Item quod tanto tempore vite sue ut Examinatus testis Respondit articulum verum quia ita fieri credat
Super Duodecimo articulo incipiens Item quod propter bona opera suaue Examinatus testis Respondit articulum esse verum quia hodie ita publice cognoscitur
Super Tredecimo et Quatuordecimo articulis Examinatus testis credit articulos veros non tamen specialiter audiuerit aut inquisitum fuerit
Super Quindecimo Sedecimo et Decimoseptimo articulis Examinatus testis credit firmiter articulos esse veros